



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Canonicae Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

II. De Cessione bonorum & Privilegio Competentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)

## ARTICULUS II.

## De Cessione bonorum &amp; Privilegio Competentiæ.

## SUMMARIUM.

quocunque modo facta, *U. Solutionis* § 4. ff. eadem Rubr. & 176. ff. de V. S. quò modo soluisse dicitur non solum is, qui pecuniam aliãve rem præstitit; sed & qui Compensatione, Transactione, Novatione, Pacto de non petendo, aut quocunque aliò modo ab obligatione est liberatus, Vallens. *ad hanc Rubr.* n. 1. & Perez in *C. ibid.* n. 1.

Ut autem Solutionem creditor consequatur, eam ex debitoris bonis non sibi præstare ipse; cum jus sibi dicere nemo possit, *l. Exat.* 13. ff. *Quod metus causa:* sed, ut ea sibi præstetur, debitorem convenire amicabilem: vel, si hujusmodi conventioni non acquiescat, adire debet judicem; qui debitorem citet: & si de debito ex ejus confessione vel sententia, quæ in rem judicatam transit, aut etiam ex instrumento publico vel privato, à debitore agnito, legitime constet, ipsi solutionem faciendam imperet: & si creditori nec satisfactionem præstare, neque eum Pignoratitiã aut Fidejussoriã cautione de solutione in tempore exhibenda securum reddere valeat, ad executionem procedat, debitaque solvat de ipsius bonis, ea vendendò in publica subhastatione: deficientibus demum aut ad debita solvenda non sufficientibus bonis, debitorem ad instantiam unius vel plurium creditorum in carcerem detrudat, donec aliunde integrè solvat, Covarruvias *Lib. 2. Var. cap. 1. n. 2.* Gomez *Lib. 2. Var. cap. 11. n. 51.* Molina *Tract. 2. de J. & J. diff. 571.* & Palao *Tract. 32. diff. 1. p. 18. §. 26. n. 1. & 2.*

Carceris tamen squalorem cateras, que molestias hujusmodi debitor evitat, si bona sua omnia (de rigore Juris usque ad læcum & peram: ex æquitate autem & humanitate veste & victu quotidianò retentis) creditoribus dimittat; ut ex iis pro viribus sibi satisfaciant: & promittat,

A a a 2

si bona

11. Significatio nominis Solutio:
12. Quæ à debitore petenda,
13. Vel super ea iudex adendum est.
14. Solutioni deficienti succedit carcer:
15. Nisi debitor cedat bonis.
16. Hac tamen cessione debitum non cessat:
17. Nec carcerem effugiunt omnes debitores.
18. Cessione beneficio renuntiare debitor cum juramento;
19. Imò & simpliciter potest.
20. Bonis etiam cedere non coguntur variis debitores:
21. Præsertim Clericus,
22. Privilegio Competentiæ tutus,
23. Quod tamen ei Criminaliter,
24. Et Actione Reali convento,
25. Et quibusdam casibus aliis non patrocinetur.
26. Eò tamen gaudent etiam clerici minores quicunque:
27. Nisi deponant signa Clericatus vel sint conjugati.
28. Neque ei renuntiare simpliciter,
29. Et cum juramento valent.

**N**omen Solutionis sumi aliquando solet strictè & specificè, pro naturali præstatione ejus, quod debetur, *l. Solutam* 49. pr. ff. *de Solut.* sive pecunia, sive res alia, aut etiam factum debeatur: aliquando latè & genericè pro liberatione seu satisfactione

si bona ad totius debiti solutionem sufficientia non sint, se, cum ad pinguiorem fortunam venerit, in reliquis satisfacturum, l. 1. C. *Qui bonis ced. poss. l. Is qui*  
 16. 4. ff. de *Cess. bonor. §. fin. Inst. de Actio-*  
*nibus*; neque enim bonorum cessione debitus omnino, sed tantum ab importunis creditorum exactionibus liberatur ad tempus, donec scilicet fortuna melior affulserit. Itã autem postea affulgente, si bona aliqua acquisiverit, ab iisdem creditoribus conveniri denuo potest: non tamen in solidum, sed in id tantum, quod commode, sive quotidiano victu familiarum sustentatione deductã præstare potest, l. *Qui bonis 6. ff. de Cessione bonor.* quòd inhumanum vitium sit, eum, qui fortunis se omnibus exiit, in solidum conveniri & condemnari, §. *fin. cit. Gomez cit. cap. 11. n. 52. & Menoch, de Arbitr. casu 87. num. 20.*

17. Neque tamen isto, quantumvis miserabili, cessionis auxiliò debitores indiscriminatim omnes carcerem effugiunt; quia præter eos, qui ex furto, rapina, aliòve delicto pecuniariam pœnam debent, in quibus; ne delicta impunita maneat, locus est Regulæ, *Qui non habet in ære, luat in corpore, l. fin. ff. De in iur. voc. §. l. 1. §. fin. ff. de Penis*; præter hos, inquam, bonorum cessione carcerem non evitant, qui illius spe debita contraxisse, aut in ea bona aliqua occultasse convincuntur; quòd, cum dolosè agendò committant in legem, istius auxiliù frustra implorent, c. *Quia frustra 14. de Usuris §. l. Auxiliù 37. in fine ff. de Minoribus*; qui bona sua in fraudem creditorum alienarunt aut dissiparunt, l. §. *fin. ff. Que in fraud. credit.* cum fraus sua & dolus nemini debeat patrocinari, l. *Nec ex dolo 12. ff. de Dolo §. l. Non fraudantur 134. ff. de R. J. qui prodigè & luxuriosè bona sua consumpserunt; cum enim turpitudine suã*

inopiam sibi accersiverint, commiseratione digni non sunt, Perez in C. *Qui bonis ced. poss. & Corvinus ibid. à §. Sumt & alii*, ubi plures huiusmodi casus dabunt cum cæteris LL. Interpp.

Inter quos Dubium & controversia non levissimè est, an cessionis beneficio debitor valeat renuntiare. Et illorum quidem aliqui simplicem duntaxat; alii etiam juratam renuntiationem subsistere negant, et præcipuè persuasi ratione; quòd cessionem renuntians debitor se obliget perpetuo carceri: ad quem, cum perpetua quædam servitus sit, se adstringere liber homogene prohibetur, arg. l. *Tuio 71. §. 1. ff. de Condit. & demonstr. §. l. Nihil 2. ff. de Hom. libero exhib.* Sed hæc ratio levissimè est, partim; quia renuntiatione illa debitor se non obligat ad carcerem; sed solummodo amittit auxiliù, quò obligationem carceris à lege inductã postea evitare: partim vero; quia, si Jus debitoris qui solvendo non sunt, carceri obnoxios reddendò, eos in servitutum non detractionem cessionis renuntiatione perpetua servitutem se etiam debitor non addicet, præteritum; cum carcerem non perpetuò; sed donec propriò labore & industria vel metimã alterius voluntate, amicorum donatione, piave aliorum liberalitate comparata solutione creditori satisfecerit, vel ab isto debitum fuerit remissum.

Quare meliùs cessionis beneficio à debitore renuntiare non solum cum juramento, arg. c. *Cum contingat 28. de Jur. rejurando §. c. Quamvis 2. de Palli in l. sed etiam simpliciter posse, cum Felino in c. *Ex rescripto 9. de Jur. rejurando n. 11. Panormit. Vol. 2. Consl. 42. n. 1. Specul. Tit. de Renunt. §. conclus. §. 1. n. 29. & aliis meliori ratione defendit Palao Tract. 32. disp. 1. p. 7. §. 7. à n. 1. quia, cessione bonorum, carceris molestias evitantur jus, etsi aliquò modò pertineat ad bonorum commu-**

commune; directe tamen & principali-  
ter concessum est in bonum ipsorum de-  
bitorum, sive in eorum subsidium &  
miseriæ levamen, l. *Cum & filisfamilias*  
2. §. 1. ff. *Qui bonis ced. poss.* favori  
autem & juri directe & principaliter sibi  
indulto, quantumvis indirecte & secun-  
dario commone bonum Reipublicæ spe-  
det, renuntiare cuius integrum est, c.  
*Si de terra 6. de Privileg. §. 1. Si quis*  
29. C. de *Pañis*.

20. Sicut debitorum aliqui ad cessionem  
non admittuntur, eaque adversus  
creditors non defenduntur: sic vicissim  
adversus istos alii muniti sunt privilegio,  
ut cuius ob debita Civilia conveniri ne-  
queant ultra id, quod congruâ susten-  
tatione retentâ facere possunt, veluti

Primo, Parentes l. *Sunt qui 16. l.*  
*Cum causa 30. Patronus 17. Donator,*  
si ex donatione, l. *Inter eos 19. §. 1. ff.*  
*de Re iudicata,* & Socii, si ex Societate  
conveniantur, l. *Sunt qui cit. §. 1. Verum*  
*est 63. ff. pro Socio,* Maritus & Uxor:  
nisi ex contractibus post divortium initis  
vel reatu conveniantur, l. *Non tantum*  
20. l. *Si verum 52. & Socer, l. Sicut 21.*  
*ff. de Re iudic. Perez in C. de Execut. rei*  
*iudic. à n. 27.*

Secundo, Mulieres honestæ, ob  
pudorem sexus, *Auth. Sed hodie C. de*  
*Offic. divors. iud. §. Auth. Hodie C. de Cu-*  
*stod. rer.*

Tertio, Milites militiæ armatæ,  
l. *Miles 7. pr. §. 1. Item miles 18. ff. de*  
*Re iudic. & iltarum 11. arg. Nobiles, Ja-*  
*son in l. Miles cit.*

Quarto, Doctores, Advocati &  
Professores, *arg. Earundem 11. §. 1. Me-*  
*dicos 6. C. de Profess. & Medic.* qui bona  
sua creditoribus dimittere, sicut non pro-  
hibentur, sic, ut carcerem effugiant, non  
compelluntur, *Glossa in l. Miles cit. V.*

*Facere, Menoch. de Arbitr. Lib. 1. q.*  
*88. n. 7.*

Quinto Clerici c. *Odoardus 3. quod 21.*  
textu à Gregorio IX. muniti sunt pri-  
vilegio, cuius vigore super debitis Ci-  
vilibus conventi, si congruâ sustenta-  
tione ex patrimonii sui, vel servitii aut  
beneficii Ecclesiastici intuitu quæsitis bo-  
nis subduclâ, creditoribus plenam solu-  
tionem exhibere nequeant, incarcerationi,  
ad honorum cessionem compelli, vel ali-  
ter molestari non possunt: dummodo de-  
bitum recognoscentes seu confessi fidei-  
sforiam vel saltem juratoriam cautionem  
præstent de solvendo, cum venerint  
ad fortunam pinguiorem, *arg. Auth. Ge-*  
*neraliter 6. C. de Episc. & Cleric. Glossa in*  
*c. cit. V. Idonea,* ubi Joan. Andr. n. 7.  
Ant. de Butr. n. 17. Covarr. *Lib. 2. Var.*  
*cap. 1. n. 9. Barbosa in c. cit. n. 25. &*  
*alii Interpp. ac DD. id, de quo agimus,*  
passim nuncupantes Privilegium c. *Odo-*  
*ardus,* vel Competentiæ: cuius clericis  
indulti ratio iustissima fuit; ne, rerum  
inopiâ urgente, cum Ordinis & Status  
Clericalis opprobrio sordidum aliquem  
quæstum exercere vel mendicare cogan-  
tur, *can. Diaconi 22. V. Mendicat, dist.*  
*97. propter quam causam seculares cle-*  
*rici sine beneficii Ecclesiastici vel com-*  
*petentis patrimonii titulo ordinari c. Non*  
*licet 2. §. c. Episcopus 4. de Prab. & Di-*  
*gnit. & jam ordinati huiusmodi patri-*  
*monium aut beneficium, nisi de congrua*  
*& stabili sustentatione ipsis aliunde pro-*  
*vitum sit, distrahere vel resignare pro-*  
*hibentur à Tridentino Sess. 21. cap. 2.*  
*de Reformat. Confirmatur; quia cleri-*  
*ci cælesti sive Christi militiæ adscripti,*  
*can. Christianis, 11. q. 1. & non minus*  
*favorabiles sunt, quam milites huius Se-*  
*culi sive Legales, arg. l. Sacrosancta 34*  
*C. de Episc. & Cleric. & qui istorum*  
*jure gaudent, Advocati seu Patroni causa-*  
*rum: &*

A a a 3

- rum : & propterea meritò istorum atque illorum instar muniti sunt privilegiò, ne creditoribus plus solvere cogantur, quam possunt subduclà congruà sustentatione, Glossa in l. Miles cit. V. Facere, ubi Bartol. n. 3 Ripa n. 7. & in c. Odoardus cit. Panormit. n. 8. & alii apud Fagnanum n. 19.
23. Dixi tamen, *Conventi super debito Civili*; quia super crimine Criminaliter sive ad vindictam publicam conventi & ad pœnam pecuniariam condemnati, si solvendo non sint, carcerem non effugiunt &, quod in are non habent, in corpore luunt, cit. Panormit. n. 5. Covarr. n. 8. & Gutierrez p. 1. de *Juramento* cap. 17. n. 27.
24. Variis etiam casibus privilegiò Competentiæ clericus non gaudet in debitis Civilibus, veluti si conveniatur Actione Reali v.g. Depositi, quòd penes se habet, & deponenti petenti reddere tenetur, Barbosa in c. cit. n. 13. & Fagnan.
25. n. 52. si tempore contractus se laicum simulandò creditorem ignorantem decepit, cit. Gutierrez n. 20. si in fraudem creditorum; ne ipsis integra solutio obveniret, bona sua abscondit vel alienavit, cit. Barbosa n. 17. & 18. si ludendò, luxuriosè vivendò bona sua dissipavit, & ad inopiam pervenit, cit. Barbosa n. 21. & alii apud Fagnan. n. 35. si suspectus sit de fuga; talis enim mandatò judicis apprehendi potest; quòd id exigat defensio creditorum: à quibus, cum actu fugit, proprià autoritate retineri, suo iudici Ecclesiastico sistendus, potest, cit. Covarr. n. 9. Gutierrez n. 29 & Barbosa n. 10. quibuscum cit. Fagnanus à n. 13. huiusmodi casus plures dabit.
26. Dubium nunc est, an Competentiæ privilegiò gaudeant omnes clerici. Non quidem Majores; hos enim & in minoribus Ordinibus constitutos, si juxta Trid.
- Sess. 23. cap. 6. de Reformat. beneficium* Ecclesiasticum habeant, aut habitum & tonsuram clericalem deferentes alicui Ecclesie de mandato Episcopi serviant, vel in Seminarium aut studio aliquo versentur, illò gaudere, ferè convenit inter DD. Sed de Minoribus, qui de mandato Episcopi non serviunt ulli Ecclesie, neque in studiis versantur; his enim privilegium illud prodesse, cum nonnullis aliis negat Carolus de Grassis *Essètu Clericis*, 7. arg. cit. cap. 6. & contrà affirmat Rodendus à Valle *Consl.* 16. n. 11. id desumens ex c. Odoardus cit. generalitate: quæ in concordiam reducere nititur cit. Fagnanus n. 24. ubi utitur distinctione: si clericis minoribus, imò primà solum tonsurà initiatis & non conjugatis, quando publicè pro clericis se gerunt, deteriorè habitum & tonsuram, dictum privilegium adstruit, propter allegatam c. cit. generalitatem. Quando autem, iudicis Clericatus abjectis, publicè se gerunt pro clericis, aut conjugati sunt, id ipsis patrocinari negat, partim; quòd tales, licet Ordinis Characterem indelebilem retineant, in omnibus tamen ut laici respondentur: partim verò propter Constitutionem Bonifacii VIII. c. *Unic. de Clericis conjug.* in 6. conjugatis, quando habitum & tonsuram deterunt, solum Canonis & Fori (respectu delictorum) privilegia relinquuntis: &, quando sine habitu & tonsura incedunt, etiam illa admentis, Gutierrez cit. cap. 17. n. 11. qui tamen n. 16. & 17. notat, Clerico habenti beneficium, ex quo vivere valet, cætera bona auferri: imò ipsos etiam redditus beneficiales, relicta pro alimentis congruà portione, creditoribus adjudicari posse, juxta c. *Pervenit 2. de Fidei juss.* & ibi DD.
- Aliud & majus dubium est, de merito morati privilegii renuntiatione; hanc enim, non

nim, non quidem simpliciter, sed cum juramento factam, tenere & creditori integram solutionem exigenti Competentia, sive congrua sustentationis retinendae privilegium opponi non posse, volunt cit. Gutierrez n. 33. & Molina *Tract. 2. de l. & l. disp. 571. n. 21.* pro quorum Opinione faciunt Primò textus *l. Si quis 51. C. de Episc. & Cleric. & l. Si quis 29. C. de Pactis*, juxta quos renuntiare licet privilegio, sicut ratione Militiae & prerogativae Dignitatis, sic etiam ratione sacerdotii competentis. Secundò; quòd Clerici Competentiae privilegio renuntiare valeant tacite, sive per actum ejus retentionis contrarium v.g. dolose contrahendò, bona occultandò, vel dissimulandò. Cur non etiam expressè? cum taciti non major vis sit, quàm expressi, *l. Nonnunquam 52. ff. de Condit. & demonstr. praeterim, si fiat cum Juramento, arg. c. Cum contingat 28. de Jurejurando.* Tertio; quòd juramentum, quando sine peccato & tertii praedictio potest, servandum sit, per Regulam *c. cit. & c. Quamvis 2. de Pactis in 6.* observatio autem renuntiationis juratae nec peccat, nec tertii praedictio involvat. Quarto; quia juramentum, etsi teneat, ad petitionem tamen Clerici, vel ex officio relaxari à judice Ecclesiastico potest: sicut quòd adicitur promissioni Usurarium, *c. 1. & c. Debitores 6. de Jurejurando*; quò factò status Clericalis opprobrium & praedictio omne evitatur.

29. Mihi, sicut allatae rationes non commendae, sic tam autoritate quàm ratione spectatis, Competentiae privilegium ejus renuntiatione, tam jurata quàm simplici, à Clericis amitti, non videtur cum Cyno in *l. 1. C. Qui bonis ced. poss. à n. 10.* Bruno de *Cessione Bonor. q. 3. pr. n. 17.* Barbosa in *c. Odoardus cit. n. 24.* Fagnano *ibid. à n. 74.* &

Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 29.* Ratio unica, sed solida est; quia privilegium illud non privatus singulorum, sed publicus favor est totius Ordinis seu status Clericalis, *arg. l. 1. §. 2. ff. de l. & l. ne, ut dictum, in istius opprobrium Clerici cogantur mendicare, aut aliàs sordide vivere: publici autem favoris renuntiatione nulla est, l. Jus publicum 38. ff. de Pactis*, licet ei adiciatur juramentum, *c. Si diligenti 12. de Foro compet.* quia juramentum, hòc ipsò; quòd Statui sive Ordini clericali praedictio, tanquam iniquitatem continens, non subsistit *arg. can. Inter cetera, 22. q. 4. & c. Quantum 18. de Jurejurando.*

Neque adversus renuntiationem firmatum clericale privilegium restringendi vim habent allatae rationes. Prima; quia textus illi solummodo procedunt in privilegio, quòd principaliter Clerici personae, aut clero certae provinciae: non in eo, quòd toti Ordini clericali & ipsius Clericatus, sive Sacerdotii favore principaliter est concessum, ut notat Petr. Barbosa in *l. Alia 14. §. Eleganter ff. Solutio matr. n. 21.* hoc enim censetur Jus publicum, *l. §. 1. cit.* cui privatorum passionibus renuntiare non potest, *c. Si diligenti & l. Jus publicum cit.* Confirmatur partim: quia *c. Odoardus cit.* concessò privilegio idem intenditur, quòd *c. Non liceat, c. Episcopus & Trident. cap. 2. cit.* quibus favorem publicum contineri patet; quia aliàs patrimonium & beneficium, ad cuius titulum clericus ordinatus est, alienari vel resignari non prohiberetur: partim, quia si privilegium Competentiae non esset ius & favor publicus, sed privatus singulorum, ei renuntiare non solum cum iuramento, sed etiam sine isto & simpliciter posset, iuxta *l. Si quis & c. Si de terra cit.* quòd tamen cum *cit. Gutierrez n. 34.* negat lauda-

laudatus Molina n. 25.

Secunda; quia in proposita materia plus potest renuntiatio tacita, quam expressa; quia tacita vim habet ex dispositione Juris potius, quam ex voluntate clerici, qui dolose contrahendo, bona dissipando &c. privilegium competentiae etiam invitatus amittit: sicut clericus minor non habens beneficium &c. deponendo habitum & tonsuram privilegio Fori priuatur ex dispositione Tridentini cap. 6. cit. cui tamen expresse renuntiare, etiam cum iuramento non potest, e. Si diligenti cit.

Tertia partim; quia iuramentum hoc reverentiae & honori status Clericalis praedicare, patet ex dictis: partim vero; quia iuramentum sequitur naturam & conditiones actus; ac proinde simplicis renuntiationis, cui est adiectum: qua proinde corrueat etiam ipsum vim non habet.

Postrema; quia alia proposita renuntiationis ratio est, quam iuratae promissionis Usurarum; cum ista iniquitatem non contineat ex parte iurantis, sicut iuramentum ex parte clerici Competentiae privilegio renuntiantis: contra vero iurata renuntiatio ferè nullam turpitudinem continet ex parte creditoris, propter quam potissimum relaxari solet iurata promissio Usurarum, Gloss. in s. 1. V. Jurata, de Iurejurando.

### ARTICULUS III.

**De Solutione debitorum ex Mutuo à Praelatis &c. nomine Ecclesiae vel Monasterii contractorum.**

#### SUMMARIUM.

30. *Praeterea de Ecclesia sua rebus mutuum dat,*

31. *Eoque accepto nomine Ecclesia non obligat:*
32. *Si id in huius Utilitatem non probet creditor:*
33. *Qui tamen id probare non valet, si debitum, cum Capituli consensu,*
34. *Vel etiam sine isto à Praelato,*
35. *Vel de istius licentia à Religiosis contractum, de mobilibus non pretiosis solvi queat:*
36. *Sed, si ista ad solutionem non sufficiant.*
37. *Ea tamen probatio non exigit, si Ecclesia ex contractu alio,*
38. *Vel ex Mutuo creditor sit Constitutus.*
39. *Imò etiam Ecclesia, quando contractibus tempore motibus non pretiosis ad solutionem sustinuitur:*
40. *Nisi Mutuum acceptum fuisse in ulla iusta causa.*
41. *Quando pecunia in Utilitatem causa esse intelligatur,*
42. *In dubio iudicij arbitrio respiciatur.*
43. *Ad solutionem debiti ex mutuo praestorem generaliter non obligantium,*
44. *Et obligantium Opiniones.*
45. *Quae conciliantur,*
46. *Eaque conciliatio exemplis illustratur.*
47. *Differentia inter Successorem in Praelatura & Heredem.*

**Q**uantumvis Praelati Ecclesiarum & Monasteriorum suorum rebus ad cultum Divinum debent peragendum, in ministris alimentis & salariis &c. impendere: aliter autem non necessarios in illorum Utilitatem convertere, ex iisque, cum bonis conditionibus possunt, praedia, fundos, census compere, aut pro futuris necessitatibus alle-